

nem reducenda intelligo, quæ in proposito latissime congerunt Innocen. Anton. de Burr. Panormit. & alij. quos refert Felin. in cap. penultimo, de re iudicata, n. 14. & sequenti, Pinellus ubi supra, n. 50. Peregrinus d. art. 53. num. 62.

¹² Quando verò vicinus, aut unus de populo litem egit, & obrinuit, an possit petere ab universitate, cui sententia profuit, ut sibi solvat sumptus in lite factos? dubitari non ineptè potest. Licet enim pro suo proprio interesse litigaverit; tamen non sibi tantum, sed alij commodum victoriae parat, quapropter sumptus pro rata saltem præstandos, aperte deducitur, ex l. forori 6. ff. si pars hered. petatur, ibi: *Sumptus qui propter onera totius hereditatis iusti sunt, ei qui patroni iure portionem exierit, pro rata computentur, & in l. qui aliena 23. §. fin. ff. de negotiis ges. ibi: Sed qui sumptus necessarios, ac probabiles in communitate fecit, negotiorum gestorum actionem habet.* Quod tamen in casu nostro popularis actionis, pro commodo tamen vicini principaliter intentatæ, intelligerem ego, si tamen qui litem agitavit, & fuit prosecutus, ut simul cum suo particulari interesse, & commodo jus universitatis, & concilij consequeretur, plus impendit lite, quam pro suo jure obtinendo esset impensurus, quia illud residuum poterit petere ab universitate, seu concilio; ut probat tex. sing. in l. ex parte, ff. famil. heriscundæ. ibi: *Respondi, si idcirco amplius erogatum esset, quod ipsius quoque causa defensa esset; habendam rationem sumptuum: sed & si omiserit doli exceptionem, agere potest de recipienda portione sumptuum, de cujus text. intellectu vero, & conciliatio- ne, cum dict. §. fin. legis, qui aliena, & an tales sumptus exigendi sint per actionem negotiorum gestorum, vel iudicium familiæ heriscundæ, videndus est Joann. Garcia de expensis, capit. 7. à numer. 22. & cap. 19. à numer. 7.*

¹⁴ Pro secunda verò litigandi via, & forma super pascuis publicis, videlicet, quando concilij, & universitatis jus pascui litigatur ab ejus procuratore, syndico, œconomio, seu quavis alia persona, cum sufficienti mandato; animadvertendum est, quod cum iurio,

& defensio publicorum jurium principaliter ad concilium, & universitatem cujuscunque oppidi spectet, ut notat Gloss. in rubrica, C. de administratione rer. ad civit. pertinent, universitas quælibet pro pascuis, & cæteris similibus iuribus, & agere, & conveniri potest; ut in l. 1. §. 1. & l. 2. & ferè per tot. ff. quod cujuscunque universit. nomine, l. sed si hac, §. qui manumittitur, ff. de in jus vocando; & ideo solet constituere syndicum, & procuratorem, qui ejus nomine lites excitet, vel prosequatur, ut in l. de pollicitationibus 8. ff. de pollicit. dict. l. 2. & 3. quod cujuscunque universit. nomine: & quæ debeant intervenire ad hoc, ut is syndicus, vel procurator legitime nominetur sigillatim recenset Nicolaus Losæus in tractatu de jure universitatis, 2. parte, cap. 1. ex num. 21. Quæ autem debeant intervenire solemnitates, in nominatione istius syndici, & per quas personas fiat nominatio? differit Franciscus Marcus decis. Delphin. 782. Alexander consilio 17. num. 1. volum. 6. ubi num. 5. & 6. an possit iste syndicus compelli satisficere pro expensis litis, si succubuerit; Baldus in l. nulli, colum. 1. & 2. ff. quod cujuscunque universit. Decius consilio 297. Azevedo in Curia Pisana, glossa, verbo, Syndicum, numer. 35. & numer. 43.

Et talis syndicus, seu procurator, est ¹⁵ persona legitima ad movendas actiones. universitati, seu concilio competentes, ut in l. procuratores 30. ubi Baldus, C. de Decurionibus, libr. 10. Paulus de Castro in l. fin. ff. quod cujuscunque universit. nomine, dicitur enim habere mandatum generale cum libera, Gloss. in l. mandato generali, ff. de procuratoribus, Alexander in l. Praeses 12. numer. 3. cum sequenti, C. de transactionibus, Decius cons. 297. num. 2. Marcus decis. 780. Mascardus conclus. 1314. & ¹⁶ ideo poterit deferre adversario, cum quo agit, juramentum litis decisivum; ut in l. iusjurandum, §. defensor. municipij, ff. de iurejurand. ubi Bart. num. 1. Et talis syndici, seu procuratoris confessio in iudicio facta nocebit universitati, seu concilio, ut in l. non solum, in principio, & ibi Glo. ff. de procuratoribus. Alexand. cons. 68. num. 10. libr. 2. quem refert & sequitur Decius consil. 221. numer. 2. & 3. & consilio 297. numer. 6. Abb. & Anto de Burr. in cap. fin. per textum ibi, de confessis; Felinus in cap.

cap. 1. num. 14. & 16. ut lite non contestata, Mantua. consil. 192. num. 23. Ofalcus decis. Pedemont. 39. num. 36. ubi agit numer. 6. an idem procedat in confessione, quæ resultat ex instrumentorum productione, juxta textum in l. cum precum, C. de liberali causa. Et ideo respondere potest oppositionibus adversarii, & absolvere juramentum calumniæ, ut in cap. presentium, de testibus, in 6. Glo. in l. 2. §. hoc etiam, ubi Franciscus Curtius num. fin. C. de iurejurando, propter calumniam dando, Bald. in dict. l. 2. §. quod observare, versicul. Nunc veniamus ad questionis; Marcus decisione 477. per totam, volumine 2. & laus de forma absolventi has positiones. Et per quas personas hoc fieri debeat in capite sequenti, verba faciemus.

¹⁸ Sumptus autem litis, qui pro Pascuo publico universitatis nomine fuit discussa, ex bonis ejus persolvi debent, ut in l. 1. §. quibus, §. quod si nemo, ff. quod cujuscunque universit. nomine, & ita supponit lex 3. tit. 7. libr. 7. Recopil. ibi: *El otro es las costas validas que hazen para los recobrar,* Aufertius in additionibus ad Capellam Tholosanam, decisio. 70. Bobadilla libro quinto, Politic. capite 454. & numero 61. quod necessaria sit facultas Regia sentit.

¹⁹ Quod si concilium, seu universitas non habeat bona, tunc inter vicinos fit contributio, & collecta (quæ vulgò dicitur *Repartimiento*) Rolandus à Valle cons. 66. numer. 14. volumine 1. & cons. 84. numer. 18. Aviles in capit. 3. pratorum, gloss. verbo, Jurisdiction. & in capit. 30. verbo, *Insta*, Azevedo ubi supra, gloss. verbo, *Impendit*, numer. 46. eleganter Joann. Garcia de nobilitate gloss. 1. §. 1. numer. 41. ubi quod omnes tenentur contribuere, & gl. 22. Cum enim omnes, vicini, & habitatores fruuntur publico pascuo, ratio dicitur, ut pro eo litigando, sumptus, & onera non reculent; Petrus Antibolus tractat. de muneribus, 3. 3. par. §. 4. numer. 91. ²⁰ Quinimo, etiam si vicinus litiget pro jure suo, cum universitate, tenetur etiam contra se contribuere, & fiet ipsi sicut unicuique civi, & vicino, collecta, ex Bar. & Bald. in l. ab omnibus, §. si à Titio, ff. de legat. 1. & ita Aegidius Thomas, in tract. de muneribus, &

collectis, §. pauperes, numer. 31. Nicolaus Sectas in tract. de astimo, & collectis, 2. par. cap. 4. numer. 49. ubi plura in proposito congerit; & in causa nobilitatis, docet Avendan. de exequen. mandat. 2. par. cap. 10. n. 9. Otalor. de nobilit. 3. par. c. 1. ad finem.

Sed pro coronide hujus capituli, de effectu sententiæ super pascuo publico latæ, quando lis per syndicum, aut procuratorem, nomine universitatis fuit ventilata, necesse est, ut aliqua, licet breviter, perstringamus.

Et sanè primo loco constituo, quod ²¹ talis sententia, quæ in rem transivit judicatam, non solum vicinis præsentibus, verum, & futuris, & de novo venientibus (etiam si condemnatorum non sint hæredes) præjudicabit; semper enim videntur iidem cives, l. proponebatur, ff. de iudiciis, ubi eleganter Barb. n. 28. Natta cons. 589. à num. 16. libr. 3. Cancerus variar. resolut. 2. par. cap. 16. n. 101. Greg. Lop. per tex. ibi, in gl. verb. *Son vivos*, in l. 5. tit. 15. par. 2. Et ratio est, quia ubi eadem res, vel persona verè, vel interpretativè consideratur, semper obstat exceptio rei judicatæ, ex Gloss. in l. & an eodem, verbo, *Concurrunt*, ff. de exceptione rei judicatæ, ubi Bart. numer. 1. Surdus cons. 212. numer. 26. Ponte cons. 49. num. 4. & cons. 62. num. 26. Cornazanus decis. 70. num. 8. Giurba decis. 20. sub num. 1.

Ex quo fluit, quod si virtute sententiæ positi sint limites pascui, vel alterius termini inter duo oppida, & iterum moveantur, poterit peti executio contra turbantes, etiam si sint vicini postea nati, vel de novo venerint; ut ex doctrina Innocen. in c. Abbate 8. Sylvani, de verb. signific. tradit Capi- ²² cius decis. 3. Avendañus de exequen. mand. 1. par. capit. 4. numer. 49. vers. *Imo si positus*. Et in Curia nostra frequen- ²³ ter, ob id proponuntur querelæ, quas vulgò vocamus, *De contravencion de carta executoria*; & apud Auditores illius Aulæ, & classis, apud quos, rei judicatæ ipsa lis fuit expedita, cognoscitur de contraventione, & in initio litis, fiunt super contraventione, (& ad modum causæ criminalis) in sum- ²⁴ mario probationes, absque eo, quod detur copia contravenientibus querelatis; & si contravencio, seu turbatio juris per rem judicatam quæsit

proberur, rei capiuntur, & proceditur postea admissis confessionibus, & exceptionibus reorum ad probationes in plenario iudicio recipiendas; & si iudices aestimaverint contraventionem in quantitate, & satisfactione damni, prout res postulat, & arbitrantur, & actori jubent expediri novum rei iudicatur instrumentum (quod vulgò, *Sobre carta de la executoria primera*, vocamus) cum maioribus pœnis, & condemnationibus contra cæteros, qui postea quolibet tempore denuò in illo iure perturbare tentaverint. Et an condemnatio facta vicini particulari alicujus oppidi, qui pascere cum suis pecudibus intendit, iure vicinitatis in termino alieni oppidi, debeat solvi ex bonis ejus, an verò ex bursa communi? decernendum erit ex iis, quæ diximus in hoc cap. 29.

24 Secundo loco animadvertendum in proposito censeo, quod sententia lata contra civitatem, aut villam, vel in ejus favorem, utique nocet, & proderit, non solum ejus vicinis, & habitatoribus, verum, & vicaneis, & comitatensibus, ex Barr. in l. 2. in princ. n. 6. ff. de verb. signi. per tex. in l. civitatis, ff. de legat. 1. & in l. civitas, ff. si cert. petat. & in l. civitatibus, ff. quod cujusque universitatis nomine. Nam in materia communi civibus, & comitatensibus, in sententia lata contra civitatem (veluti pascui, aut terminorum) comprehenduntur comitatenses, ut docet Felin in c. Rodolphus, de rescript. Rebuffus in l. 2. col. 5. in fin. vers. de negatur in materia congruenti, ff. de verb. signifi. Gratianus discip. Forens. cap. 207. à num. 1. usque ad num. 7. & in cap. 10. alia in proposito retulimus.

25 Tertiò, quòd si sententia in lite agitata cum civitate, lata fuerit tantum ex consensu partium, ubi jura allegare noluerunt, aut per conclusionem, dicenda sunt, quæ suprà advertimus num. 11. & in proposito conducunt, quæ congerit Mieres de majorat. 4. parte, q. 15. à principio, in nova impressione, incipit, à n. 91.

CAPUT XXX.

Pascua, publica termini, seu terra gervida, (vulgò Valdios) alicujus oppidi, aut villa, si vendantur, an pro eodem pretio in venditione preferri debeat oppidum, seu villa?

SUMMARIUM.

- 1 Difficilis est hujus capituli questio, & quæ in materia pascui per Doctores discussa non est.
- 2 Pascua, terra gervida, & alij termini cujuscunque oppidi, & villa, à Principe possunt alienari; & ipsum oppidum, & villa.
- 3 Vendita villa, seu oppido cum jurisdictione, utrum vicinis competat jus retractus, & pro eodem pretio sit eis redimendi facultas? ubi referuntur Doctores affirmativæ partis.
- 4 Expenditur in proposito text. in §. dominus, Institut. de noxalibus, & in l. 2. ff. si libertus ingenuus esse dicatur, & in l. 2. C. de patribus, qui filios suos distraxerunt.
- 5 Pascuorum usus, vicinis communis est: & an ista communitas sufficiat, ut jus retractus competat.
- 6 Expenditur tex. in l. 2. C. de commun. rerum alienatione, & in l. 1. C. venditione rerum fiscal. lib. 10. & in l. 1. ff. de privileg. cred. & in l. necesse, ff. de in diem additione, & in l. ad officium, C. communia, de judiciis, & in l. 55. tit. 5. par. 5. & in l. 74. Tauri, & in l. 13. titulo 11. libro 5. novæ Recopilation.
- 7 Consort, vel socius, debet preferri in venditione rei, in qua communitatem habet, extraneo, pro eodem pretio.
- 8 Publica utilitas, & vicinorum conservatio attendenda est; & ibi de l. unica §. si. C. de caduc. tol. quæ in proposito exornatur.
- 9 Libera vendendi facultas coangustari non debet: & ibi de l. dudum, C. de contrahenda emptione.
- 10 Ex retractu in nihilo domino rei præjudicatur; & non possunt omnes casus comprehendi.
- 11 Naturalis ratio, sive æquitas pro lege habetur; & ubi eadem debet esse juris dispositio.

12 Re.

Caput XXX.

- 12 Retractus, ut competat, necessarium est, quod quis habeat in re partem aliquam, seu jus, sicut dominus.
- 13 Vicini alicujus Oppidi, licet usum pascui habeant communem, non tamen possunt dici domini.
- 14 Retractus pro pascuo vendito intra novem dies intentari debet.
- 15 Restitutio utrum competat oppido, seu villa, contra novem dies, ad retrahendam pascuum? & ibi de l. 8. tit. 11. lib. 5. novæ Recopil.
- 16 Retrahere an possit oppidum, vel villa, venditis pascuis in una scriptura uno pretio; quædam ex eis & alia emptori relinquere? & ibi de tex. in c. constitutus, de in integr. restitut.
- 17 Oppidum, vel villa communitatem habens in pascuo, eo vendito per Principem, an habeat retractum? & num. 18.

Nodosum Profecto laqueum dissolvere, invium & penitus obtusum labyrinthum penetrare intendo: cum hujus capituli hypothesis in terminis, & materia pascui, ita hæctenus (ni fallor) incognita sit, ut nec per Doctores discussa, (quin potius dicam tacta) nec jure communi, vel Regio pandatur, ut nobis de re ancipiti disceptare, contententibus per excogitata argumenta, & similibus rerum exempla, tantum progredi superest.

Cum igitur non solum pascua, terras gervidas, & alios terminos cujuscunque oppidi, & villæ; verum, & ipsam villam, & oppidum vendi, & alienari à Principe posse, & suprà dixerim cap. 9. & satis sit notum: frequenter occurrere solet; quod talium terminorum alienationi, seu venditioni obicem, tale oppidum & villa conatur opponere, & saltem pro eodem pretio cuilibet emptori præferri contendit; quod an jure fiat? in præsentii examinandum venit.

3 Et sanè, quòd sit locus huic prælationi, vel retractui, probatur, Primò, quia idem videmus quoties Rex, vel Princeps vendit aliquam villam, seu locum cum jurisdictione; tunc enim dubium non est, vicinos posse se redimere, ut ex Gloss. celebri in l. invitus, ff. de fideicommiss. libertatibus, tradunt Innocen. in cap. auditis, de prescriptionibus, num. 2. vers. Et in hoc casu:

& ibi Panorm. num. 20. Lucas de Pen. omnino videndus in l. unica, C. de capitat. civium censibus exim. lib. 11. Ripa lib. 2. responsorum, cap. 25. & ex hoc plures observarunt, non posse Principem castrum, seu civitatem sibi subjectam, vicinis invitis alienare; ut post Joan. Andr. & Host. hujus sententiæ primos Authores, in cap. dilecti de majorat. & obed. assentit Bald. in c. 1. §. in generali, si de feud. fuerit controvers. inter dominum, & agnat. vassal. num. 2. ubi scriptum reliquit, quod Rex Franciæ non potest alienare unam de civitatibus suis, civibus invitis; & ex hoc fortè Constantinus, quando donavit urbem Romanam Beato Sylvestro, id fecit cum consensu populi: sequuntur Paul. Salicet. & Jas. in l. debitorum, C. de pactis, Hippolytus in l. 1. §. cum quidam deponere, ff. de questionibus, & alij plures, quos refert, & sequitur Ant. Gabriel lib. 3. conclus. tit. de jure quæsito non toll. conclus. 8. num. 1. Philip. Corneus cons. 321. num. 4. lib. 4. Craveta cons. 241. ubi refert in Senatu Pedemontano, ita decisum contra alienationem communitatis Brigiæ, Rolandus à Valle cons. 1. num. 34. vol. 1. Cephalus cons. 628. num. 23. vol. 5. Alciatus respons. 167. Puteus decis. 31. Renatus Chopinus de dominio Franciæ lib. 2. cap. 1. n. 3. & ex nostris Roder. Suar. allegat. 9. Ferdinandus Loazes in l. filius famil. §. Divi, num. 263. in allegatione pro civitate, Mula, in responsione ad 4. Palat. Rubeus in repet. cap. p. r. vestras, notabili 2. §. Sed est pulchra dubitatio, num. 42. Covarruv. in cap. quamvis pactum, 2. part. §. 2. num. 4. Menchaca questionum illustrium, cap. 5. qui omnes loquuntur in vassallis jurisdictionalibus. Et in feudilibus ita cavetur in cap. 1. §. ex eadem lege, & in cap. Imperialem. §. præterea Ducatus, de prohibita feud. alienat. per Federicum, ubi Ifernina, Afflic. Alvarotus, & cæteri feudistæ; Jas. in l. filius familias, §. Divi, num. 28. in 1. lectura, & num. 46. in 2. lectura, de lega. 1. Et pro hac sententia solet induci, tex. in §. dominus, Institut. de noxalibus, ubi servus pro noxa deditus alieno domino, potest pretio suo se redimere; cujus textus auctoritate, ita responderet Faber ibi, quem sequitur, & laudat Didacus Perez in l. 14. tit. 11. lib. 4. Ordinamenti, Nec à Fa-